

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Pax k  
cum fonte primo

Cum pro re terrena pax a corde cum proximo scinditur, liquido appetet quia res plusquam proximus amatur.

Dumque pro terrena re pax a corde cum proximo scinditur, liquido appetet quia plus res quam proximus amatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 31, 13 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1567, ll.59-61).

Certum est quod minus diligit erexitorem suum qui minus intelligit periculum suum quod euasit, et uile solacium defensoris deputat qui uirtutem aduersarii debilem putat.

Gregorius in omelia.

Certum quippe est quia minus diligit erexitorem suum qui minus intelligit periculum quod euasit, et uile solacium defensoris deputat qui uirtutem aduersarii debilem putat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 32, 11 (CCSL 143B, M. Adriaen ed., p.1639, ll.23-26).